

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Rudolph Redecker

Heinricus Rudolphus Redeker/ Iur. D. Prof. P. Consist. Provinc. Assess. ... Suo & laudatae Facultatis nomine Ad Disputationem Inauguralem ... Dn. Gregorii Wulff/ Starg: Pomeran. Die XX. Octobris in Auditorio Maiori habendam Magnificum Dn. Rectorem, Amplissimum ... qui literatis bene cupiunte, observanter & officiose invitat

Rostochii: Kilius, 1664

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735214018>

Druck Freier  Zugang



Reichenfels

Ru für 1664.

Heinrich Rudolf Redeker, Praes. fe
Gregorius Nutzff, Rsp.

mit Druckr.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn735214018/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735214018/phys_0002)

DFG

HEINRICUS RUDOLPHUS

Redeker/

Jur. D. Prof. P. Confst. Provinc.

Assess. Sereniss. Ducis Meckl. Consil. &

p. t. Amp. Facult. Jur. Decanus

Suo & laudatæ Facultatis nomine

Ad

Disputationem Inauguralem

VIRI CLARISSIMI


DN. GREGORII Wulff/

Starg: Pomeran.

Die XX. Octobris

in Auditorio Majori habendam

Magnificum Dn. Rectorem, Amplissi-
mum & Prudentissimum utriusq; Reipubl. Rost:
Senatum, omnesque literatos, & qui literatis bene
eupiunt, observanter & officiose
invitat.



Rostochii Typis Johannis Kilii, Acad. Typ. 1664.





Uli boni & qui artem asse-
ctantur, studiosi juris dicuntur, &
eo propius finem propositum asse-
quuntur, quo magis servato ordine
per amplissimam juris volumina pro-
cedunt. Imperator Justinianus,
cum omnem antiquam & novam ju-
risprudentiam, in optimam rede-
gisset consonantiam, quod nec ipse
Julius Cæsar, uti testis est Sve-
tonius in vita Cæsar, nec Cicero, qui illud facere aliquan-
do cogitavit l. i. de orat. & librum de jure in artem redigen-
do scripsit A. Gell. i. Noct. Att. c. 22. temporis calamitate vel in-
juria impediti, perfidere potuerunt, præprimis sollicitus fuit, ut
ordo docendi Professoribus, & discendi cupide legum juventuti
præscriberetur. Sagacissimus Imp. enim haud difficulter prævide-
re potuit, quod, si quis statim ab initio rudem adbuc & infir-
mum animum studiosi multitudine simul & varietate rerum
onera verit, aut desertorum studiorum efficiet, aut serius ad soli-
dam juris doctrinam perducet. Quare egregiam constitutionem
de methodo jus docendi Pandectis præmisit, eamq; Professoribus
Juris Academie Berythiensis & Constantinopolitanae, quos non
homines de schola, uti hodie adulatoribus aulicis moris esse so-
let, sed viros illustres appellavit, inscripsit. In qua constitutione
hoc

YB
*Videlicet
jubemus*
hoc præprimis notatu dignum est, quod quinquennium studio
juris præsinivit, hac tamē semper addita cautione, se tantum cu-
pidæ legum juventuti, non autem in utilibus academicorum nu-
meris, & ad fruges consumendum natis, hanc spem facere. Nec
minus ad gloriam studiorum pertinere videtur, quando singulis
annis novis nominibus juris studiosos decoravit, ut quotannis suas
haberent dimensiones, ne per saltum quisquā videretur ad sum-
mos honores esse admissus, siquidem legitimo demum tempore
absoluto dimissi fuerunt studiosi. jubemus l. petitiones C.
de Advocat. divers. jud. Uti autem primo anno vocantur
Novi Justiniane, secundo Edictales, tertio Papinianistæ,
quarto Lytæ & quinto Prolytæ, quatenus singulis annis cer-
tum pensum absolvendum illis assignavit, & qui quinquenniis
shatio xistum juridicum acriter & summis cum vigiliis absolv-
erunt, solidam scientiæ promisit, summisq; honorum titulis de-
coravit, imo quibus Respublica in partibus gubernanda tuto cre-
di potest, dignos judicavit; Ita hodie Candidati juris appellan-
tur, qui regia hujus artis, que Jurisprudentia vocatur, & di-
vinarum humanarumq; rerum notitiam continet, præcepta fi-
deliter hauserunt. In quibus tamen, non tam annos & loquaci-
tatem, quam eruditionem, ab honorati JCTorum ordinis judicio,
(neglecta præcoci vulgi, & quib⁹ præterea cum sutorie ultra cre-
pidas judicare luet, censurā) approbatam, reputamus. Unde
in pragmatica sanctione Imperij de Anno 1654. prudenter consi-
tutum legimus: Es solle nicht so stark auff das studium juri-
dicum quinquennale auff deutschen Universitäten, sondern auff
die qualitäten, Geschicklichkeit und experientz gesehen werde.
Quod autem juris studiosi etiam apud Romanos Candidati dicti
sunt, in historia juris romani mediocriter versato, vix poterit es-
se dubium: Siquidē apud illos, Alii erant antecessores sive sophi-
stæ qui jus publicè interpretabantur: Alii Juris Consulti, qui po-

pulo

pulo de jure consulenti respondebant : Alii autem juris Studio-
si seu Candidati, qui assidebant l. un. ff. de Off. Affels. & quo-
rum opera Principes etiam uti solebant, ut recitarent illorum
orationes in Senatu l. un. ff. de Off. Quæst. Rosin, anti-
quit. Rom. l. 8. c. 4. col. 1235, lit. E. & F. dicuntur autem Can-
didati ab ornamento honoris, siquidem candida toga indueban-
tur, qui honores petere volebant, & ita candida toga assumta
in colle confidebant, ut coram ab omnibus possent videri, ut
idem Rosin. l. 5. p. 899. lit. B. & C. testis fidem meretur.
Nec minus eleganter JOANN. CORAS. Jctus Gall. cele-
berr. qui lanienam Parisiensem innoxio suo cruento de-
buit famosiorum reddere, in eandem sententiam ad d. I.
un. ff. de Off. Quæst. Candidati, inquit, propriè dicun-
tur, qui Magistratum petituri, in campum Martium
descendebant, à toga candida, quod gestamen erat
petitorum sic appellati. Quemadmodum enim Regum
Babyloniae & Ægypti familiares, à purpura quam gerebant, pur-
purati sunt vocati, ita Candidati apud Romanos à toga qua in-
duebantur: Unde Tertull. de Præsid. Provinc. allegatus
à Panciroll. l. 2. Var. lect. c. n. Igitur purpura illa, dicit,
eodem more apud Ægyptios & Babylonios insignia
erant dignitatis, quo more nunc prætextæ, vel trabeæ,
vel palmatæ. Unde & purpurati Regum vocabantur
à purpura, sicut apud nos à toga candida candidati.
Et Plutarch. in Problemata. Candidatis, scribit, erat, mo-
ris, in tunica absque toga esse, ne, argentum in sinu
ferentes, ipsi alios corrumperent cives. Nec minus id-
eo candidatos candida ueste indutos credimus, quod candida
vestis integratatis morum & eminentis eruditioinis debet esse
insigne, uti enim color candidus & splendens facile commacula-
tur, ita qui tali ueste condecorantur, provide cavere debet, ne ul-
lam

Bisgrath

Iam in honesta vita maculam admittant, vel honores quibus cingendi veniunt, turpi admisso de honestent. Curavit tamen aliquando, tollenda ambitionis causa, tribunitia potestas, cum consulari dignitate, legem promulgari, ne cui vestimentum album addere petitionis causa liceret, uti narrat, Liv. lib. 4. De cad. i. cui jungi potest Alex. ab Alex. l. 3. gen. dier. c. 17. Unde nec hodie tam candidi vestimenti, quam candidæ eruditio-
nis & splendidis virtutis habetur ratio. Quemadmodum autem vestimenta nummorum instar variant, & potius ex opinione plebis, quam ex nativa bonitate lane aut coloris ho-
die estimantur, ita nigri coloris vestis hodie magis exornat virum honoratum, quam se versicolori apparatu ad actus solennes tanquam ad saleum vel histrianiam accedat. Ex illis autem, qui candidati in jure titulum merentur, nuper se Amplissimæ Facultati Juridice stitit Vir Clarissimus Dominus GREGORIUS Wulff, qui Patriam laudat Stargardiam, ulterioris Pomeraniae urbem antiquitatis gloria celebrem: Patrem autem habuit Virum Amplissimum & Prudentissimum Dominum GREGORIUM Wulff, Se-
natum & Camerarium prædictæ Civitatis fidelissimum, qui, cum Anno 1660 ex hac vita in eternam patriam emigrasset, ejus paterno auxilio ac consilio in medio studiorum curriculo est privatus. Mater ipsi est foemina sui sexus virtutibus ornatissima REGINA Candes. Hisce parentibus natus Dominus Candidatus, in ipsa statim infantia, ut in spem patriæ eo solidius educaretur, optimis Preceptoribus domesticis, moribus simul & elegantiori doctrinâ imbuendus, commendatus est. Postea Viri Clarissimi Domini M. CHRISTOPHORI BIEDERMANNI, Scholæ Patriæ Rectoris laudatissimi curæ & informationis specialiter commissus, sub ejus disciplina tam feliciter progressus est, ut parentibus, bonisve studio-

rumz

rum censoribus, indubiam spem faceret, melioris successus.
Missus proinde est in celebre illud Gymnasium, quod est Hale
in Saxonia, in quo, cum Praeceptore Viro Præclaro Domino
M. JOHANNE CAMMERHOFIO, magnum stu
diorum incrementum sentiret, non prius inde discessit, quam
de subjecto & fine Rhetorices publicè disputasset. Deinde in
præclarum Gymnasium Coburgense se studiorum causa contu
lit, ubi Praeceptores sibi suisq; studiis faventissimos habuit Vi
rum Consultissimum Dominum DANIELEM Rey
fern/ J. U. D. Dominum FROMANNUM, Med. D.
& Dominum JOHANNEM SPINDELERUM.
Ita jaetis fideliter humanioris litetaturæ fundamentis, Scho
las Regias adire constituit, ut studio juris se possit penitus
dedere. Venit proin in Academiam Wittebergensem, in qua
usus est hospitio & informatione Viri Consultissimi & Ex
cellentissimi Domini JOACHIMI NERGERI, J. U. D.
& Professoris celeberrimi, sub cuius ductu privati simul
& publici juris elementa didicit, nec minus aliorum Dnn. Pro
fessorum prælectiones sedulo audivit. Ex hac Academia in
Jenensem, & inde in Lipsiensem Academiam profectus, cele
berrimorum Professorum eruditione, in maximam studiorum
suorum utilitatem, usus est. Quoniam autem optimi paren
tis atas & morbus ingravescebat, in Francofuriensi Academia
studiorum sedem fixit, ut patri decumbenti esset vicinior. In
hac Academia, Dominum GODOFREDUM DE JENA
Dominum JOHANNEM BRUNNEMANNUM & Do
minum FRIDERICUM RHETIUM, JC. & Antecesso
res juris famigeratissimos, indefessa operâ præcipuas ju
ris prudentia partes interpretates, continua diligentia audivit,
Nec minus in Viri Amplissimi & Consultissimi Dn. CAS
PARI CORSCHWANTI J. U. L. Interiorem familiarita
tem

tem est admissus, ex cuius præclara informatione egregiam ju-
ris notitiam acquisivit. Tandem nostram etiam salutavit Academiam,
et primo quidem Viri plur. Rever. & Exell.
DN. JOHANNIS FRIDERICI KONNINGHISS. Theol.
D. & Prof. Prim. amici mei cum viveret conjunctissimi
b.m. receptus est, tādem meo etiam hospitio per annū usus, tanto
cum ardore incepsum juris studium continuavit, ut nullam occa-
sionem studendi elabi pateretur. Ut autem pro labore peracto de
bitum consequeretur præmium, honesta sua desideria Amplissi-
ma Facultati exposuit, seq; privato exanimi nuper conserto more
stitit. Quoniam autem Candidati qui honores petebant, apud
Romanos, uti Macrob. l. i. Saturn. c. 16. testatur, in colle con-
siderabant, ut coram possent ab universis videri, hic disputationem
DE ERROR E CALCULI docte conscriptam publico examini
submittere impetrata ab Amplissima Facultate licentiā constituit. Ut
autem actus hic inaugaralis, solenni more & ritu procedat.

Ego omnes literatos & qui literatis bene
cipiunt, & sine amore vel odio de doctis recte
& sincere judicare noverunt, officiose & obser-
vant ergo, ut velint prædicto die, nostris stu-
diis præsentiam suam concedere, & Dno,

Candidato animis linguisque
favere.

Dabam Rostochii sub Sigillo Facul-
tatis Juridicæ die, 9. Octob.

Anno 1664.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn735214018/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735214018/phys_0011)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn735214018/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735214018/phys_0012)

DFG

b. n. 2. in fin. perl. l. 1. C. de confess. & l. un. C. de om.
d. l. n. 96. Montan. de Tut. c. 38. n. 167, qvam sente
salem puto, qveniam in judicio & q; ac extra jud
mitti, & proinde si de eo constiterit, veritati nom
ea qvæ §. 8. adducta sunt, & cum talis exceptio e
colligi nequeat, non temerè eam statuendam pu

XXXVIII.

Si 7. Error sit modicus l. 32. ff. de cond. &
C. h. t. n. 2. addit., Bart. in l. 2. C. de Jur. fin. lib. 10
qvoniam modicum & nullum & qviparantur c. l.
nec modicum prætor curat l. 4. ff. de restit.
Qvæ tamen causa modica sit, arbitrio judicis
dijudicandum relinquitur. Ayer d.l.n.102. Nec refu
tionibus factus, per judicem in sententia fuerit ap
d. tr. c. 41. n. 10 & seqq. Plures modos revisionen
censet Mont. de Tut. n. 155. & seqq. qvos inter, est.

XXXIX.

Si (8) errori calculi sit renunciatum l. 12. ff. de
sito pactum additum vel stipulatio de ulterius no
l. 47. §. 1. ff. de part. l. 24. C. de transact. Mascard. de
& concl. 1256. per tot. Montan. de Tutel. c. 38. n. 156
n. 37. Bart. in l. 2. C. de jur. fiscil lib. 10. Felic. de Soci
enim qvilibet juri suo potest renunciare l. 29. C.
non datur regressus l. 17. §. 1. de A. H. l. 14. §. 9. ff.
absurdum videretur, redire ad hoc, cui quis renun
ciasit l. 11. C. de R. C. cum etiam re sua qvis poss
luit ff. de pet. hered. Distingvendum tamen in
calculo, & super errore calculi Felic. d. l. n. 79. R.
etiam pactum vel stipulatio de non contravenie
qvando fraudulenta & fallax est, hoc enim casu
nam eodem errore quo facta est calculatio, facta
Estum Mascard. d. l. n. 17. 18.

XL.

Nec (9) admittitur revisio calculi, si scripturae
bus positus fuit calculus, ab eo subtracte fuerint

§. II. Ayer
ix univer
tor com
care, per
ente legis


i. in l. un.
ff. 57. n. 11.
de probat.
n. b. n. 4.
r qualitate
olus in ra
z de Escob.
ientes re-

alculo po
alculando
l. 253. n. 10.
J. Q. c. 209.
& 79. uti
renunciata
satis enim
sponte sua
si §. consu
tum super
n. s. nec
operatur,
ari potest,
ratio & pa-

super qvi
evisionem
petit,



Inch mm
Patch Reference numbers on UUT
Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No.



the scale towards document